

cherrimâ, *Florâ*. Quomodò certæ plantæ nunquàm ascendunt vel transcendunt potiùs hunc vel illum gradum latitudinis, pulchrum est videre ex Floris.

In tuo herbario erat *Tamnus*, baccis adhùc succulentis; sumpsi unicam baccam, sevi in ollâ; germinabunt semina. Sic habeo in horto Tamnum, tàm diù desideratum, ex tuâ manu, te nesciente.

Hasselquist, discipulus meus, ultimò rescripsit *Alexandriâ*, cùm peteret *Caire* * (le Caire), et indè superiorem *Ægyptum*, et tempore septembris demùm *Hierosolymas*. Misit sicca specimina *Cornucopiæ*, lecta *Smyrnâ*. Descripsit *Psenes* s. insecta ficaria, et varia curiosissima vidit atque collegit.

Kalmius adhùc hæret in *Canadâ* et *Virginiâ*; uxorem duxit, ut audio, *Philadelpiæ*; misit 600 species seminum, collegit plantas numerosissimas; redibit circà finem anni.

nihil mirum cùm in re herbariâ sit parùm versatus. Neminem consultum voluit, ne quid fortè gloriæ detraberetur, quam lucrari autumavit tuis sic, et aliorum spoliis indutus. » (Act. pr., p. 210-217.)

* « Cette année, Hasselquist, qui s'était plaint de manquer d'argent, reçut de Linné et de ses propres deniers, cent écus. Une souscription ouverte par ses soins au profit de ce voyageur, produisit quatre mille écus d'argent. Tous les hommes dignes d'apprécier les entreprises généreuses, qui demandent de grands efforts de courage et de vertu, s'empressèrent de concourir à cette œuvre méritoire. » (A.-L.-A. FÉE, *Op. cit.*, p. 11.)